

Tartarus de Lendenaria comes affidus, cuius  
majores per seditionem pulsi Verona fuerant.  
Hic verò impurus, & in omne facinus audax,  
imbecillum juvenis animum facile quovis im-  
pellebat, acuebatque ejus desideria, & ut ex-  
queretur fautor aderat. Erat autem super haec  
(88) Ubertinus animo magno, accrimoique in-  
genio, cui & audacia ingens suberat, & prom-  
te non deerant manus. Id cum ex multis aliis,  
tum verò maximè ex Guillielmi Dentis cæde-  
intelligi potuit; qui cùm esset ex Nobili Fam-  
ilia Lemizonum, amicis atque opibus potens,  
& in quartierio Pontis molendinorum facile pri-  
mus (omitto quòd Ubertino bis sanguine con-  
junctus) tamen ab eo ante proprias cædes con-  
fossus est, comitate eo, quem dixi, Tartaro  
omnium artifice scelerum; inutilest enim ad  
carpendum rectum iter dux malus. Orta est autem  
diffidii causa ex meretricula, quam uterque  
illorum amabat: ita plerumque res leves ma-  
garum motionum causa sunt. Ex hoc namque  
momento Carrariensis quidem Familia in discri-  
men venit, ut aut vita omnes excederent, aut  
saltem patria, Urbis verò ut præsens status ever-  
teretur. Nam post ejusmodi cædem cum  
Ubertinus & Tartarus clam in Urbe persevera-  
rent, Pollio de Beccadellis de Bononia ejus  
temporis Prætor diripi jussit eorum domos ac  
dirū, eosque exilio damnavit: quo illi metu  
Urbe cesserunt. Ob ignominiam autem publicè  
disruptarum ædium ad Canem de la Scala, qui in  
Urbe erant, ab eo proposito revocati sunt, suos  
que obsides tunc demum receperunt, cum &  
illi suos, qui Nicolai de Carraria nomine sus-  
pecti apud Urhem habiti, datis licet obsidibus,  
ad Canem defecerunt; convenientque de perma-  
nentis obsidibus eo tempore, quo Nicolaus in-  
festus Patriæ ad Buvolentam castra habebat.  
Sed neque hoc loco confutere ea res potuit; Paulus enim Dente, cui ex interitu fratris alte  
dolor infederat (fuerat enim Guillermo germanus, tametsi originis nothæ) cum quibusdam  
conjurationem iniit, in fratris ultionem indigne  
perenti, ad delendos omnes, aut certe pellen-  
dos Urbe Carrarienses; nec eum retrahebat,  
quod qui in Urbe supererant, infontes atq; insci  
cædis fuerant, quodque auctores criminis rite  
damnati erant. Nonnullos verò magnitudinis  
eorum invidia stimulabat, qui eis eos in Urbe  
longe omnium primos, non satis æqua mente  
ferre poterant; & arbitrabantur facile fore, ut  
quomodo antea illi Ronchos & Alticlinos per  
seditionem ex insperato concitat populissent,  
morisque coegerent, ita nunc ipsi subito incurvi  
pellerent cedentes, aut resistentes opprimeren-  
tur. Itaque quarto ferme post mense quam ea  
evererant, Paulus constitutus ex sententia rebus  
ad plateas primus insultum fecit, sciens in civi-  
libus dissensionibus eos plurimum superiores esse  
solere, qui præoccuparent, tametsi eum hæc  
ratio in præsens fecerit; eratque ejus equitatus  
non sanè major quam equitum sedecim, pedi-  
tum verò ad summum quinquaginta; reliqui  
enim ex conjuratis domi taciti manebant, tem-  
pus observantes, ut suscitato per istos tumultu,  
& ipsi erumperent, multitudinemque concita-  
rent. Qui cum Paulo venerant, Vivere Popu-  
lum, & mori Carrarienses proditores, una voce

(88) MSS. ambo addunt: natura.

A iomnes acclamabant; protinusque ad ædes Mar-  
iglieti, & Opizonis, quod erant vicinæ plateis,  
cucurrerunt. Eò loci commissa cum familiaribus  
pugna (nam Domini quidem aberant) unus ex  
Opizonis familiaribus, Papardella dictus, occu-  
pauit, itemque è contrario unus ex his, qui se  
cum Paulo obtulerant. Cumque objectis sibi  
politus, desuper telis petiti nihil proficeret  
magnum valerent, ad plateas redeunt, iisdem  
semper vocibus usi, quas initio tumultus edi-  
derant. Consensisse autem cum his Pollionem,  
quoque Prætorem, hinc constitit, quod conci-  
tare in eos Populum pulsus campanæ conatus  
sit. Ad illos igitur, quoniam loca publica pri-  
mi occupaverant, fit plebis concursus, erant  
que in eorum parte signa atque arma publica.  
Carrarienses autem periculi fui admoniti, quod  
grave manifestumque imminebat, celeriter in-  
equis armati convenient, & cum paucis ami-  
cis, qui subsidiis causâ ad eos concederant, &  
ipsi quoque se in plateas offerunt, vita malen-  
tes quam Civitate cedere, aut dignitate. His  
ex aduerso Paulus cum suis occurrit; acre inter  
partes committitur certamen; & jam ferme in-  
tegram horam pugna duraverat, fortuna in-  
neutrā partem inclinante, cum tandem advenire  
Theutones, qui de publico stipendia in  
Urbe merebant. Hi & si Paulo Denti faverent,  
in quem omnem Populi favorem derivatum ar-  
bitrabantur, pro pace tamen in præsens inter-  
posuere se. Itaque jusserunt, uti Carrarienses  
primi plateis excederent, Paulum itidem factu-  
rum in sua fide recipientes. Obtemperaverunt  
illi, quod omnia malent quam vinci, & quod  
hoc ipso vicebantur, qui non cederent  
hostibus vieti. Paulus verò, cùm digredientis  
speciem exhibuerit, eodem redit, protinus me-  
mor, hoc ingenio usos Carrarienses proxima ci-  
vili dissensione inimicos superasse. Igitur & illi  
re cognita redire, ac tum demum ex integro,  
quasi nihil actum superiore congregatu; res acer-  
rimè geritur. Carrarienses enim cum ab omni-  
bus delitibus se viderent, atque in primis a  
Polione, quem ipsi Prætorem accisi curaverant,  
in se ipsis spem suam collocaverunt, ac veluti  
saluti desperantes, quæ res eis salutem sola pe-  
perit, pugnabant. Paulus verò, quod & turpe  
sibi putaret cedere, qui prior appellasset, &  
periculorum vincì ab ipsis, quos in se ipse pro-  
vocasset, summa vi atque ingenio & ipse cer-  
tabat, cui neque robur, neque audacia, aut  
bellandi peritia ulla deerat. Sed hic demum  
cum esset ab his, qui una venerant, delitibus,  
desperatus jam rebus cedere coactus est. Recta  
igitur domum declinans, sumto ante ulnas suas  
Guillielmi fratris parvulo, Trivillas Oppidum,  
quod eorum erat, concessit. Illud autem Carrariensis  
magnum momentum ad victoriam fuit, quod eorum singuli in ea pugna rem suam  
gerere se arbitrabantur; qui verò cum Paulo  
venerant, alienam; quorum alii quidem metu  
diverterunt ob atrocitatem pugnæ, alii verò spe  
venia, à quibus nisi esset Paulus delitus  
eam profecto diem lacrymosam insigne clade  
Carrariensis edidisset; nam in ea pugna omnes  
fuerunt variis vulneribus sauci. Præter ceteros  
autem Opizo, de quo non est à nobis super  
hoc aut habita, aut habenda alibi mentio, idu  
gladii quatuor ex ore dentes expulit. Verum  
hi, ut erat animus ira fervidus, vulnera nihil  
pensantes, protinus Paulum, si fortè domi re-  
sedisset, inseguuntur sunt plebe comitante; nam  
in